UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Ad legem Iuliam de vi publica vel priuata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX XXX.

1 Crimen remanet publicum, licet auferatur facultas accuſandi omnibus, reſtringendo ad certas perſonas tantum.

a **QUamuis.** [a]Accuſare de adulterio licet marito, ꝛ alijs coniunctis perſonis, non extraneis. h. d. Opp. ꝛ videtur quod quilibet de populo admittatur ad accuſandum. Unde videtur obſtare. ff. eo. l. ij. §. fin. ꝛ l. ſeq. Sol. dicit glo. iſta lex loquitur, quando iſti propinqui non extant. Doct. moderni dicunt, quod illa lex corrigitur per iſtam. Et iſta opinio plus placet, per rationem poſitam in hac l. videlicet ne li-
1 ceat extraneis fedare connubia. Secundum quam lec. † habes, quod licet per formã ſtatuti auferatur facultas accuſandi de publico crimine omnibus, ꝛ reſtringatur ad certas perſonas tantum nihilominus remanet crimen publicum. De hoc dixi vobis in l. j. ff. de pub. iud. Ultimo habetis in fin. quod pena adulterij eſt pena mortis. Oppo. ff. de queſtio. l. ſi quis viduam. Sol. vt ibi not. Et ibi dixi vobis, ſecundum iſta tempora, pena mortis in muliere eſt aliter conſtituta, ideo vide auth. ſed hodie vnde de iure communi pena in maſculo non eſt immutata, ſed in femina ſic, vt s. in authent. Habetis hic aliam authen. que loquitur de quadam pena que infertur ei, quem maritus habet ſuſpectum de adulterio vxoris ſue, que incipit, ſi quis ei.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quamuis. Caſus appellationis ab accuſatione adulterij notantur xxxij. q. vj. in ſumma. ꝛ in c. intelleximus. in fin. extra. eo. vt in vltimo habetis. Et de iſta pena adulterij adde etiã Bald. in l. Claudius. de his qui. vt indi. pena etiã adulterij, quod mulier perdat dotem, vt hic videtur quod in bonis paraphernalibus, dic ſecundum gl. ſing. in c. plerunque. de do. inter vir. ꝛ vxo. ꝛ vide in l. ex conſenſu. s. de repu. Sed an dicta glo. ſit vera, dixi poſt. Im. in l. cum mulier. ff. ſol. mat. Que autem ſit pena ſtupri, vide no. Bal. in l. raptores. s. de epiſ. ꝛ cleric. Et quando mulier committat adulterium cum inceſtu, ꝛ puniatur, vide in l. ſi adulterium cum inceſtu. in princ. vbi glo. in l. inter liberas. ff. eod. Et de iſtis penis vide plene per Iacob. de Bel. in l. raptores.

LEX XXXI.

CUm vir. Iſta non conſueuit legi, quia de ea loqui nõ eſt honeſtum. Breuiter dicit. Crimen
a Sodomie vltore gladio punitur, [a] hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Gladio punitur. Uide in authen. vt non luxurientur contra naturam, xxiij. q. ij. hic quanquam. vbi etiam dicitur de crimine, quod committitur cum brutis. quid in Iudeo, videtur in c. in archiepiſcopat. de rap. Quid in muliere agente vt vir, vide queſtio. in l. fediſſima. s. eo. de rapt. alias. ff. eod. de adul.

LEX XXXII.

1 Nomen rei, quando dicatur receptum inter reos.

ADulterij. Habeo iſtam. l. multũ charam, quia probat vnam meã opi. de qua eſt caſus hic. Breuiter dicit, In q. adulterij exceptiones friuole reprobãtur, exceptiones legitime que proceſſum reſpiciunt, pri-
1 mo examinantur, poſtea de crimine cognoſcitur. h. d. † Per iſtam leg. ego dico manifeſte probari opi. meam, quod tunc dicitur nomen rei receptum inter reos, quando facta examinatione ſuper omnibus exceptionibus dilatorijs reſpiciẽtibus proceſſum iudex pronunciauit ſuper accuſatione procedendum eſſe, vnde ante lit. conteſta. poteſt dici nomen receptum inter reos, ſcilicet per illam pronunciationem, merito hic poteſt fieri reo abſente, vt vidiſtis s. eod. l. adulteram. licet gloſ. aliter dicat. Dixi tibi in l. is qui reus. de pub. iud. ꝛ tunc non allegaui tibi hanc l. ſed heri tantum addidi, ꝛ ideo tene menti.

LEX XXXIIII.

SI quia adulterij. Si abſolutus ab adulterio proximitatis preteritu, poſtea cum ea matrimonium contrahat, ex hoc iuris ꝛ de iure videtur naſci preſumptio ex qua de primo adulterio de
a quo fuit abſolutus, poterit condemnari. [a] h. d. hec ſingularis lex. quod tene menti. Opp. nemo ex preſumptionibus eſt condemnatus, vt l. abſentem. ff. de pen. Solu. Ibi loquitur de preſumptione hominis, hic de preſumptione iuris, ꝛ de iure. Oppon. poſtquam quis eſt abſolutus, non poteſt condẽnari, niſi doceatur de preuaricatione, vt l. ſi quis homicidij. de acc. ꝛ l. iij. ff. de preua. Sol. Specialis caſus eſt hic, Simile vidiſtis s. de reb. cred. ꝛ de iureiur. l. fin.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Poterit condemnari. Adde quod Lud. Ro. dicit hic eſſe caſum, quod ſententia ex preſumptione prolata nunquã tranſit in rem iudica. immo cõtinuo retractari poteſt, de quo, ꝛ de iſtis ſim. ſentẽtijs vide que habes hic poſt Cy. ꝛ aduerte quod preſumptio violenta que ſecundum ius dicitur habere vim plene prohibitionis in cauſa ciuili, non ſufficit ad plenam probationem in cauſa criminali, not. doc. in c. afferte. ꝛ in ca. quia veriſimile. de preſum. videlicet de nudo cum nuda, ſolo cum ſola. De quo in c. literis. de preſum. quia habet vim plene probationis in cauſa ciuili ſeparationis matrimonij, non ſufficeret ſola in criminali ad condemnandum de ſtupro. Facit l. ſi autem. s. de proba. ꝛ quod no. Bart. in fi. s. de iureiur. ſecus quando eſt preſumptio violenta approbata a iure, etiam quoad criminalem cauſam, quia tunc ſola ſufficit. l. que ibi no. facit auth. ſi quis cum hic, ꝛ ibi not. s. eod. Et de probatione adulterij qualiter fiat, dic quod per preſumptionẽ. Ita per Bart. in d. l. ij. §. fi. in fi. ff. eod. Et vnum no. quod dicit Abb. in d. c. vbicunque iudex mouit animum ſuum ad ſentẽtiandum ex preſumptione, debet illum exprimere in ſententia, alias iudex appellationis, ꝛ cui de hoc non conſtat, videlicet an iuſte fuerit motus, ꝛ non conſtat ex actis, poterit retractare ſententiam all. not. per Innoc. in c. quoniam. s. de proba. ꝛ in c. in preſentia. eod. ti. ꝛ de preſum. violenta, vide gl. in l. fi. s. arbi. tut.

LEX XXXV.

* **SI mulier.** * Maritus quondam poteſt accuſare de ſtupro, quod committitur in vxore, quam repudiauit. h. d. hec bona lex. ¶ Opp. cum iſtud ſit crimen publicum, quilibet poteſt accuſare, quid ergo mirum, ſi maritus admittitur? Dicit gl. quod maritus quondam prefertur,
1 quia magis offenditur. Ex hac l. no. † ꝙ ille qui offenditur de adulterio conſtante matrimonio ille offenditur ex ſtupro viduitate durante. Hoc eſt vtile ſcire ad probandum quandoque inimicitias, nam ita iniuriãtur conſanguinei viri iam defuncti ex ſtupro, quod committitur in viduam, ſicut ſi duraret matrimonium.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Si mulier. Uide glo. ꝛ quod doc. in l. ſororem. s. de his quib. vt indig.

LEX XXXVI.

LIbertatem. Sicut libertas ſeruorum intra duos menſes a die diuortij impeditur, ita ꝛ intra duos menſes a die matrimonij ſoluti per mortem, hoc dicit.

Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit. Rubr. X.

LEX VNICA.

SI tutor. Qui ſuam pupillam corrumpit deportatur, bonis omnibus publicatis. hoc dicit hec bona lex.

De mulieribus, quæ ſeruis proprijs ſe iunxerunt. Rub. XI.

LEX VNICA.

SI qua. Que ſeruo proprio ſe iungit, morte punitur, ꝛ omnes ad denunciandum admittuntur, filij ex tali coniunctione nati, inſucceſſibiles habentur. hoc dicit.

Ad l. Iul. de vi publi. vel priuata. Rub. XII.

LEX II.

a **TUtoris.** [a]Quãdo pars quota bonorum deuenit ad aliquem ex diſpoſitione legali, intelligitur cum onere debitorũ. h. d. Opp. ff. de iur. do. l. mulier. s. de her. vel. act. ven. l. ij. Sol. Ibi bona veniunt. ad aliquem ex cõtractu, hic ex diſpoſitione l. Fallit in caſu l. j. s. de her. vend. vbi fauore fiſci etiam quando bona vadunt ad aliquem ex cõtractu, intelligitur cum oneribus debitorum. De hoc in l. iij. §. cum ex cauſa. ff. de iur. fiſc. vbi de hoc dixi, ꝛ plene dixi de hoc ff. de bonorum poſſ. l. j. in princip.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Tutoris. Utrum creditores vnius territorij, agant contra fiſcum alterius territorij, tanquam contra heredes debitoris cõdemnati ad mortẽ, ꝛ publicationem, vide hic per eum Ant. ꝛ Imo. in l. ex facto. de her. in fin. Adde tu Bal. conſ. iv. li. j. ꝛ ibi an fiſcus ſit primo excutiendus antequam extranei poſſeſſores, ꝛ an habeantur loco heredis.

LEX III.

SI confidis. Si maſculus, vel femina includatur, violentia committitur, ꝛ pena huius l. punitur. h. d.

LEX

LEX IIII.

Si criminis. Hec eſt bona lex,⁊ facit ad intel-
lectum multorũ. Violentia com-
miſſa circa res,etiam hominibus non coactis,hac l.puni-
tur. Iniuria commiſſa circa perſonas ita demum hac l.punitur, ſi
a coadunatis hominibus facta fuerit.h.d. Not.ergo[a] quod† iniuria
1 facta perſone ita demum cadit in crimen publicum. l. Julie de vi,
ſi fiat coadunatis hominibus,alias eſt priuata,vt l.iniuriam.§.de
iniur. Homines autẽ coadunatos in hac materia intellige,etiam ſi
coadunauit vnum,vt l.ij.§.iij.ff.vi bo.rap.quod tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶No.ergo.vide tamen in l.ij.ff.ad l.iul.de vi priui. Alex.

LEX VI.

3 ☞Coadunatus ad aliquam vim faciendam, ſi ibi perdit arma,
quando poſſit recuperare a coadunante,⁊ qua actione.

Quoniam. Hec eſt bona lex. Si tempore vio-
lentie,ex parte inferẽtis,vel defen-
dentis homo aliquis moriatur,inferens vim pena mor-
1 tis punitur,⁊ appellare non licet,h.d.hec not.lex.† Not.
a quod[a] ſi aliquis iuit ad occupandum caſtrum vel palatium alte-
rius,⁊ in occupatione aliquem percuſſerit, vel occiderit, nõ debet
puniri duabus ll.hoc eſt tanquam violentiam inferens,⁊ occupa-
tionem faciens,⁊ tanquam faciens homicidium, ⁊ vulnerans, ſed
totum eſt vnum delictum,ſcilicet violentia aggrauatum per iſtas
qualitates,ſcilicet quod in ea ſunt commiſſa verbera,neces,⁊ ſimi
lia,vt hic text.vides not.quã milies alleg.⁊ ideo rogo teneas men
2 ti. ¶† Secundo no.quod iſte qualitates, ſcilicet neces,⁊ verbera,
in hac violentia interuenientes,aggrauant maleficium tantum in
perſona eius qui fuit principalis,⁊ author huius violentie. Ita vi
des hic in text.qui vim facere ⁊c. alij autem homines coadunati
ad hoc,non tenentur niſi de violẽtia ſimplici,vt hic innuitur, ⁊ te-
nebuntur etiam de eo quod ipſi perſonaliter fecerũt vt probatur
in leg.ij. §. ſi quis non ipſe coegerit, ſed inter coactos fuerit. ff. vi
bono.rapto. Oppon.⁊ videtur quod non debet puniri quis vltra
quam habuerit propoſitum delinquendi. Contra in l.qui iniurie.
ff.de fur. Sol.de hoc dic plene vt dixi vobis in l.diuus ff.ad l.Cor-
3 nel.de ſica.† Querit gloſſ.[b] vtrum ille,qui coadunatus fuit ad ali-
b quam violentiam inferendam, ſi ibi perdidit arma, vel alias res,
vtrum poſſit recuperare ab eo,qui eum coadunauit ex ſtipulatio-
ne,vel actione mandati. Sol. Dic quod non, quia iſte contractus
eſt ſuper re turpi,vt l.ſi remunerãdi.§.rei turpis.ff.mand. Hoc in-
tellige verum quando quis fuit coadunatus ad aliquam vim illi-
citam,ſecus ſi ad licitam,vt ad aliquem defendendum,⁊ ſimilia,qꝛ
tunc eſſet licita. ¶ Quod tene menti perpetuo,rogo te.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Not.quod. Et no.ad quod teneatur corporalis,⁊ coa-
dunator ſocietatis,an teneatur pro ſocijs,vide Bar.in l.ſi quis nõ
homine.vi bo.rap.⁊ gl.hic. Et quis dicatur corporalis,vide Bald.
in l.j.§.de ſer.fu.adde Bald.conſi.cxxx.⁊ cxxxvj.libro j.
b ALEX. ¶Querit glo. Vide Inn.in c.ſicut de iureiu.⁊ quod dixi
in l.j.ff.ad l.Rhodiam de iactu.⁊ Bald.in l.fideiuſſor.§.man. Facit
quod not. Bald.in l.ſi ſeruus communis.§.ꝙ vero.de fur.⁊ Spe.
de iud.in §.ſpeciali.in fin.⁊ per dom. Anto.in c.olim.el j.de reſt.ſpo.
in v.queſt.

LEX VII.

2 ☞Spoliatus ꝙ ante omnia reſtituatur, quomodo intelligatur.
3 Prima violentia quando abſorbeatur per ſecundam, ⁊ ſic dolus
cum dolo compenſetur.
4 Probationes facte de violentia in cauſa ciuili,an faciant fidem in
criminali.
5 Eiectus de poſſeſſione ſi eam recuperat incontinenti, non deſinit
vſucapere.
7 Spoliatus omnibus bonis,nõ poteſt ab alio accuſari antequam
reſtituatur.

a **Si quis ad ſe fundum.** [a] Iſta eſt ſub-
tilis lex,⁊ bre-
uiter dicit. Spoliatus debet ciuiliter agere, vel criminali-
ter accuſare,ſed ſi ſua authoritate per vim recuperauerit, ſecũdo
ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus,⁊ ſpolians legitime punie-
tur.h.d. ¶ Primo ponit quid habet facere ſpoliatus. ¶ Secun-
do ponit quid ei immineat ſi iuris ordinem pretermiſerit. Secũda,
ibi quod ſi omiſſa. Oppon. quod liceat expulſo,ſua authoritate
recuperare, vt l.j.§.vim vi.de vi,⁊ vi arma, ⁊ l.iij.§.cum igitur.⁊ §.
vnde vi.l.j. Huius timore lect.huius legis variatur duobus mod.
¶ Vno modo,quod hic non licet recuperare , ſcilicet ex interual-
lo,ſed incontinenti ſic,vt in contrario. Et iſta eſt communis lectu,
quam gl.ſequitur. Alij dicunt.vt Jo.in fi.gl.ꝙ hic loquitur quan-
do incontinenti ſua autho.poſſeſſio.recuperauit. Et quod dicitur
in text.poſſeſſionis iura reparẽtur ſcilicet quo ad damna,que paſ-
ſus eſt ab alio,qui violentiam inferebat,vide iſtam gl.in fi. Ex hac
1 lege habes notare † quod cauſa reſtitutionis eſt priuilegiata,ſiue
agatur ad recuperandã poſſeſſio.ſiue agetur ad damna, que quis
paſſus eſt violentia,licet poſſeſſionem effectualiter nõ perdiderit,
⁊ eſt priuilegiata in hoc,ꝙ ante omnia debet examinari iſta cauſa
reſtitutionis. Qualiter autem intelligatur iſtud ante omnia.§.di-
cam. Et debet intelligi lect.iſta ꝙ hic agebat ad damna,ille contra
quem adhibita fuit violentia,qui recuperauit incontinenti contra
eum, qui intulit violentiam. Sed contra eum cum legitime fece-
rit,nõ poſſe agi ad damna,que aduerſarius paſſus eſt, qꝛ quod le-
gitime factũ eſt,penam nõ meretur.l.Gracchus.§.de adul. Iſtam
caſus poſitionem tene menti,quia puto eam eſſe veram,nec ſcio
eam alibi. Alia lect,que cõmunior eſt quod hic expulit interuallo,
⁊ ſic nõ faciebat legitime,tunc enim ſpoliatus ſecũdo ante omnia
debet reſtitui. Sed tunc ad hoc opp.quia huic expulſo,licet agere
ciuiliter vel accuſare criminaliter,prout vult,vt hac lege in prin.⁊
quãdo ci.ac.cri.preiu.l.j. Sol.dicit gl.fateor,quod expulſus habet
electionẽ accuſare criminaliter,vel agere ciuiliter interdicto,pro
recuperanda poſſeſſione. Sed hic loquitur quãdo eligit expulſus
agere interdicto,quo caſu ante omnia reſtituitur. Videndum eſt
2 ergo,† quid eſt hoc dictum ante omnia,quod hic dicit text.gl.ante
omnia reſtituitur,id eſt,antequam queratur quis ſit dominus,vel
ante omnia,id eſt, antequã queratur de crimine in modum accuſa
tionis,⁊ ſic pertranſit etiam doct. Mihi videtur ꝙ nos debemus
intelligere tex.prout iacet ſimpliciter ante omnia. Pro huius eui-
dentia debes ſcire quod quandoqꝫ ſpoliatus agit petens reſtitu-
tionem poſſeſſionis,quandoque agit petens reſtitutionem dam-
norum. Primo caſu cauſa reſtitutionis ante omnia eſt tractanda,
vt hic dicit text.tantũ,vt ſuper nulla alia re a ſuo ſpoliatore poſſit
cõueniri,niſi ſuper illa ſpoliatione.hic eſt caſus extra,de.ordi.cog.
ca.ſuper ſpoliatione,⁊ ſic debemus iſtum text.intelligere. Si vero
b] agit[b] petes damna iſto caſu,iſta cauſa debet ante omnia tractari,
nec poſſet ſuper dominio ipſius,vel alia cauſa recõueniri,vt hic ſe
cundum lec. Jo.nec tamen recõueniri poſſet de alia ſpoliatione,vt
in ca.ij.extra de ordi.cog. Et hoc ſi ſecunda cauſa ſpoliationis per
quam agitur ad recuperãdam poſſeſſionẽ rei,de qua quis eſt ſpo-
liatus proponitur in modũ reconuẽtionis, ſed ſi proponeretur in
modum exceptionis,tũc impediret primũ iudicium ſuper damno,
⁊ ſpoliatus ante omnia deberet reſtitui,⁊ donec reſtituatur,cauſa
ſuper damnis nõ deberet agi.vt d.c.ij. Item priuilegiata eſt cauſa
reſtitutionis in hoc,ꝙ ille,qui eſt ſpoliatus,ſi obijciatur ei de do-
minio ſpoliantis,iſta exceptio nõ debet examinari in iſto iudicio,
ſed ante omnia eſt reſtituẽdus,vt hic ſecundum ꝙ gl.intelligit,vt
viſtidis in l.momẽtanee.§.vnde vi.⁊ §.ſi per vim vel alio modo.l.j.
Intellige ſi contra hãc exceptionem de dominio replicetur, ſecus
ſi petens reſtitutionem pateretur ſuper illa exceptione procedi,vt
extra de reſti.ſpol.c.j.quod probatur de iure noſtro. Sicut enim ſe
habet exceptio ad actionẽ,ita ſe habet replicatio ad exceptionẽ,
vt.l.ij.ff.de except. Sed ſi exceptio non obijciatur , non impeditur
actio,eadem ratione ſi nõ obijciatur replicatio,non impeditur ex-
ceptio. Facit.§.de adul.l.quoniã Alex. Inſti.de replica.per totum.
Quando ſpoliatus a ſpoliatore cõuenitur non curo qua actione,
nec ad quid,dũ tamen non cõueniatur ſuper alia ſpoliatione,tunc
ipſe poterit excipere contra ſpoliatorem ſuum, ꝙ non poteſt con-
ueniri,donec ipſe reſtituatur. Et hoc eſt ꝙ hic text.dicit ante om-
nia violentie cauſam,⁊c. Probatur in d.c.extra de ord.cog. Si ve-
ro de ſpoliatione agitur criminaliter,tunc alia queſtio ciuilis non
poterit proponi,nõ propter priuilegium ſpoliationis,ſed propter
priuilegium generale cuiuſlibet cauſe criminalis, que non patitur
ſecum ciuilem concurrere,ne ei fiat preiudicium,vt §.de ord.cog.l.
fi. Item oppo.dicitur hic,ꝙ queri debet quis ad quẽ venerit poſ-
ſeſſio. Contra,iam pro certo propoſuerat violentiam eſſe commiſ-
ſam,quare ergo de hoc queritur. Solu.debet exponi intulit,id eſt,
intuliſſe dicitur,⁊ iſta eſt vera. Vel dicebatur quod ex aliqua cau-
ſa potuit facere,⁊ licite,tũc iſta poteſt eſſe bona. Sumus expediti
3 de prima gloſſ.mag.venio ad ſequentem. Oppo.dolus† cum dolo
compenſatur vt.l.fin.§.ſed ſi ſtipulatio.ff.de eo,per quem fac.erit.⁊
de dolo.l.ſi duo. Sed ego expuli expulſorem meum, videtur quod
c debeat compenſari violentia,[c] quam feci ſibi,cum violentia,quam
fecit mihi. Gloſſ.hic dicit aliud in illo generali : dolus cum dolo,
⁊c.non dicit plus. Sed in l.j.in fin.gloſſ.magn.§.vnde vi. Reſpon-
deo quod ideo non compenſatur dolus cum dolo hic,quia viden-
tur eſſe commiſſa circa diuerſa. Alia eſt enim vis facta vno tem-
pore,alia facta alio. Sed contra hoc videtur,ff.quod vi aut clam.
l.ſi alius.§.belliſſime. Glo.hic dicit aliud in interdicto quod vi aut
clam,vt ibi aliud in interdicto vnde vi,vt hic. Pet. hoc nõ placet,
nam

rem poſito, quod dolus cum dolo cōpenſetur, ſaltem vnum debi
tum cum alio debito debet cōpenſari. Si ergo per violentiā, quā
intuliſti mihi, es effectus meus debitor in centū, ⁊ in illa poſſeſſiōe
⁊ conſimiliter ego per illam violentiā quam tibi ſecundo adhibui,
ſum effectus tuus debitor in centum, ⁊ in illa poſſeſſiōe, igitur de-
bet vnum debitum cum alio cōpenſari. Preterea dicit ipſe, nō eſt
ratio diuerſitatis, que debet eſſe inter iſtud interdictuz vnde vi, ⁊
interdictum quod vi aut clam, quare ergo hic dicitur, quod ante
omnia eſt reſtituendus, eſt verum in eo, in quo paſſus eſſet maius
damnum, ⁊ ſic per compenſationem non eſſet ſublatū? Doc. noſtri
citramontani tenent gl. noſtram, vt Iaco. de Are. Iac. But. ⁊ alij.
Non ob. ꝙ dicitur, quod dolus cum dolo compenſatur, vel debi-
tum cum debito compenſatur, qꝛ vt hic glo. optime ſentit illud eſt
verum, quando ſecundus dolus, vel ſecundum debitum, ſeu deli-
ctum non abſorbet, ⁊ extenuat primum. Sed hic ſecunda violētia
abſorbet, ⁊ conſumit primaz ideo de prima non poteſt obijci, ⁊ ſic
non pōt dici, dolus cum dolo compenſetur, vel violentia cum vio
lentia, quia prima violentia eſt conſumpta. Nec etiā poteſt dici de
bitum cum debito compenſari, qꝛ primum debitum eſt ſublatum,
vt ſ. vnde vi. l. ſi quis in tantam. ⁊ l. extat. ff. quod me. cau. ⁊ vide gl.
ſic intelligo gl. ſuper verb. quid. Pro cuius euidentia debes ſcire
quod per l. ſi quis in tantam. ⁊ per l. extat. ille, qui ſecundo intulit
violentiam, perdit omne ius, ꝙ habebat in re, vel ad rez, ſeu pro il
la re, ſed ſi habebat aliud ius extra rem illam, licet forte illius rei
occaſione, illud non perdit, vt l. qui vas. in prin. ff. de fur. Qui enim
abſtulit rem ſibi ſubtractam, licet perdat ſibi condictionem furti-
uam, que datur ad rem, non perdit actionez furti, que datur ad du
plum, vel quadruplum, quod eſt extra rem. Modo ad propoſitū,
ſecunda violentia abſorbet primam. quatenus propter primā vio
lentiam poterat agi ad recuperandum rez, ſed quatenus poterat
agi ad certa damna, ⁊ ſic extra rem, propter ſecundam violentiaz,
non conſumitur prima, vt d. l. qui vas. Eadem ratione credo, quod
accuſatio criminalis, que oritur ex prima violentia, non cōſumitur
per ſecundam, quia illa accuſatio non eſt ius in re, nec ad rem, nec
pro re. Et ſic gl. que hic videtur velle, quod per ſecundaz tollatur
prima, etiam quoad actionem criminalē, non videtur quod dicat
verum. Vide gl. licet tamen dixerit quod prima violentia non cō
ſumitur, quantum ad dāna, ⁊ ad aliud intereſſe, tamen in hoc ſecū
do iudicio, in quo petitur poſſeſſionis reſtitutio, de illo primo non
poterit q̄ri, qui a cauſa reſtitutiōis habet priuilegium, vt ante om
nia, ⁊c. niſi agatur ſuper alia ſpoliatiōe poſſeſſionis nō cōſumpta
per ſecundam vim, vt ſ. dixi. Cauſa ergo, per quam petitur reſtitu
tio poſſeſſionis eſt magis priuilegiata, quam cauſa, per quaz peti
tur reſtitutio damnorum, ⁊ intereſſe propter vim, vt patet in d. c. ij.
de ordi. cog. Non obſt. l. ſi alius. §. belliſſime. quod vi aut clam. Nā
vna vis inquietatiua non conſumit aliam. Non enim quis priua-
b tur iure ſuo, propter vim inquietatiuam, ſecus in vi expulſiua, [b] de
qua hic loquitur. Sumus expediti de gl. modo, reſtāt alia queren
4 da in gl. Primo quero vtrum † probationes facte de violentia in
ciuili, fidem faciant in criminali. Gl. hic dicit quod non, quā vide,
⁊ ſigna per ver. deſtinatus. De quo plene dic vt doc. tangunt in l.
ſ. qū ci. ac. preiu. cri. Ego pleniſſime in l. ij. §. j. ff. vi bo. rapt. Venio ad
5 vlt. gl. vbi querit aliquas queſtiones. Querit gl. † quid ſi eijciar de
poſſeſſione, ⁊ recuperem incontinenti, an deſinam vſucapere? Et
c gl. dicit quod non, quam vide. Verum dicit glo. [c] iſta, quia ille, qui
recuperauit incontinenti, non amiſit poſſeſſionem ciuilem, vt l. iij.
§. euz igitur. ⁊ ibi no. de vi ⁊ vi arma. merito non deſinit vſucapere
licet glo. videatur aliud dicere, vt in l. qui poſſeſſionem. ff. de vi ⁊
6 vi arma. ⁊ male. ¶ † Quero, ſi expulſus recuperauit incontinenti
poſſeſſionem, an habeat locum pena. l. ſi quis in tātam. ſ. vnde vi.
Gl. hic dicit quod nō. Iſta queſtio poteſt intelligi duob. mo. Pri-
mo, an ego qui incontinenti per vim recuperaui, inciderim in l. ſi
quis in tantam. Et tunc abſque dubio gl. dicit quod nō bene, quia
legitime feci, ergo, ⁊c. vt l. Gracchus. ſ. de adul. Item poteſt intelli
gi, an ille, qui per vim me expulit, ⁊ fuit ipſe incontinenti expulſus
incidit in l. ſi quis in tantaz. Et licet gloſ. hic dicere videatur quod
non: contrarium tamē videtur dicere. d. l. qui poſſeſſionem. de vi ⁊
vi arma. ſ. de excep. l. licet. Secundum vnam lect. puto quod non
incidat in l. ſi quis in tantam. quia cum iſte deiectus poſſeſſionem
non perdiderit quia ciuilem retinuit, nō poteſt dici expulſus, ⁊ in-
quantum ad actionem ciuilem non ſufficit conatus, niſi habuerit
effectum, vt l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furt. ¶ Circa legem no-
ſtram extra gloſ. quero, vidiſtis quod exceptio ſpoliationis poteſt
obijci ipſo ſpoliatori, vt ante reſtitutionem de nullo audiatur a-
7 gens per hanc l. ⁊ per ca. predictum ¶ † Quero, an extraneo poſ
ſet obijci hec exceptio. Breuiter de iure ciuili hoc non reperio, de
iure canonico bene reperitur quod ſpoliatus omnibus bonis nō
poteſt ab alio criminaliter accuſari, donec reſtituatur, vt extra de
f reſti. ſpol. c. frequens. [f] lib. vj. ¶ † Quero quando aliquis eſt accu-
ſatus de violentia criminaliter, ⁊ de violentia conſtat, an ex virtu-
te eiuſdem iudicij poſſit fieri reſtitutio poſſeſſionis? Certe non. vi-
gore actionis principaliter intentate. vt l. interdum. ff. de pub. iud.
ſed per officium iudicis ex quadam equitate ſic. Ita tenent hic
doc. Quod dic vt dixi in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. ⁊ l. defun
cto. de pub. iud.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis ad ſe fundum. Hanc l. multipliciter, ⁊ notabi. li
mita, vt per Inn. in c. conſtitutus. de fil. presby. ⁊ dixi in l. naturali-
ter. §. nihil commune. de acqui. poſ. ⁊ vide omnino in q. j. in ſum. Et
ex hac lect. habes not. ꝙ cauſa poſſeſſionis etiam eſt priuilegiata
quo ad petitionem reſtitutionum damnorū cunctorum expoliati,
licet ſpoliatus etiam incontinenti recuperauit nō tenetur, ad poſ-
ſeſſionem, ſecus ſi recuperauit ex interuallo, ⁊ ſecundo ſpoliatus
recuperauit incontinenti a primo ſpoliante. qꝛ cum ſecundus ſpo-
liatus incontinenti recuperans recuperauit legitime non tenetur
ad damna vltimo lata ⁊ nō eſt alibi. ⁊ vide. ſ. proxi. col. ⁊ in vltima.

b ALEX. ¶ Si vero agit. Adde Bar. in l. naturaliter. §. nihil com
mune in v. combinatione. de acquir. poſ. Bartol. in l. ordinarij. in v.
queſt. ⁊. vlt. ff. de rei vendi.

c ALEX. ¶ Compenſari violentia. An vna violentia cū alia com-
penſetur, ⁊ quo ad quid, adde gl. ⁊ Barto. in l. qui poſſeſſionem. de
vi ⁊ vi arma.

d ALEX. ¶ Vi expulſiua. Et ita hanc l. intellige in vi ablatiua, vel
expulſiua, ſicut in compulſiua, vt dicit Barto. per illum text. ff. de
cond. ob tur. cau. vel iſta lex non habet locum, ſi agatur petitorio,
no. Bart. in l. ij. in fin. ſ. quod met. cau.

e ALEX. ¶ Verum dicit gl. Et vide gl. Bart. in l. qui poſ. de vi. ⁊ vi
arma. ⁊ Bar. in l. iij. §. ex contrario. in vj.

f ALEX. ¶ C. frequens. li. vj. Adde Bart. in l. ſi te. ſ. de iur. deli.

LEX VI I.

SEruos. Serui violentiam committentes vlti-
mo ſupplicio puniuntur, ſi ex precepto
domini fecerunt, in metallum damnantur, alie perſone
viles ſi violentiam committunt, legitime puniuntur, pu-
nitur ⁊ iudex, qui de hoc crimine iudicare neglexerit. h. d.

LEX X.

OMnibus. Habere gentem armigeram coaduna
tam, eſt crimen publicum legis Iulie
de vi, de quo etiam poteſt per inquiſitionem procedi. hoc
dicit iſta lex.

De raptu virginum. Rub. XIII.

LEX VNICA.

a RAptores. [a] Hanc legem habuiſtis de verbo ad
verbum ſupra de epiſcopa. audien. l.
raptores. ideo dic vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Raptores. Hāc l. maxime in ver. vt hic pone. intellige
ſecundum text. valde not. Inſt. de pu. iud. §. idem lex iul. de adul. in
§. ſinautem. in iſtis vide Math. in ſuis dictis. diſtinc. xcix. ⁊ Bald.
hic. Et an iſte tit. habeat locum in rapiente meretricem per vim, ⁊
cum ea coeunte, vide text. no. in l. verum. la ij. de fur. ⁊ ibi Bart. Et
de hac materia vide Bal. in l. raptores. de epiſco. ⁊ cleri. Adde ad
materiam huius. leg. Bartol. conſil. lxij. lib. ij. in §. oportet. quero,
dicit lex vel ſtatutum. quod rapiens mulierem puniatur. modo vir
rapuit mulierem, vel ſponſam vel vxorem, de lupanari. Dic quod
non, ſecundum Bal. in l. ambigua. ff. de le. quia iſte eſſet intellectus
vitioſus, ⁊ lex debet eſſe ſancta. immaculata, ⁊ ſic debet eſſe eius
interpretatio. l. cetere. §. j. ff. fa. erci. quod not. ⁊ hanc l. vide, ⁊ nota
Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ gl. ibi ſuper ver.
ſponſam. que non eſt alibi, ſecundum Ang. de quo per Bal. in d. l.
raptores. vide quod habes in trac. violen. in ver. caſ. ⁊ ho. ⁊ vide ꝙ
habes in l. ſed ſi eximendi. in prin. ff. ne quis eum quis in ius.

De emendatione ſeruorum. Rub. XIIII.

LEX VNICA.

a SI virgis. [a] Dominus percutiens ſeruum,
etiam ſi ex percuſſione mortuus
fuerit, non punitur, niſi occidēdi animo hoc fecerit.
h. d. habetis hic gl. ſuper verbo, depulſa. quam not.
1 multuz † ad queſtionem de eo, qui percuſſit aliquem
qui poſtea per plures menſes poſt mortuus eſt ex vulnere, an pre
b ſumatur [b] mortuus ex vulnere. Breuiter diſtingue, an poſt triduū
ſuperuixerit, vel ambulauerit vel non. Habent decretaliſte ſuper
hoc caſum extra de homi. non recordor in quo cap. ⁊ dixi hoc an-
no in digeſto nouo.